

Adducitque cutem macies; et in aëre succus
 Corporis omnis abit: vox tantum, atque ossa supersunt:
 Vox manet: ossa ferunt lapidis traxisse figuram.
 Inde latet silvis, nulloque in monte videtur;
 Omnibus auditur. Sonus est, qui vivit in illâ.

CAP. VII.

Narciso s' innamorà di sè stesso.

Quel vano amator che la sua propria
 Bellezza desiando, fu distrutto;
 Povero sol per troppo averne copia.
 (PETRARCA, Trionf. d' Am. C. II.)

Fons erat illimis, nitidis argenteus undis,
 Quem neque pastores, neque pastæ in monte capellæ,
 Contigerant, aliudve pecus; quem nulla volucris,
 Nec fera turbarat, nec lapsus ab arbore ramus.
 Gramen erat circa, quod proximus humor alebat,
 Silvaeque sole locum passura tepescere nullo.

Adducit. Raggrinza.
Lapidis traxisse. È fama che fosse mutata in pietra.
Sonus est. Petrarca (Trionf. d' Am. C. II.)

In viva voce
 Fecesi il corpo un duro sasso asciutto.

VII. Siamo soliti di chiamar Narcisi quei giovanotti che tutti intenti a lasciarsi nell' esteriore lasciano sospettare che loro non resti poi tempo di badare all' interno, e pei quali potrebbesi credere che il giornale delle mode fosse assai più importante del Manuale di Epiteto, e della tavola di Cebete. Rancidumi! Sai tu quali sono i veri Narcisi? sono gli egoisti: sono questi i veri innamorati di sè, che nel fiume della vita che loro passa davanti, guardano soltanto la propria immagine e le fanno vezzi e moine a tutte l' ore.

(Carrer, Mitol. del sec. XIX.)

Fons. Questo fonte era in Grecia e anche ai tempi di Pausania riteneva il nome di Narciso. Era come dice l'Ariosto (C. XIV.)

Limpido e chiaro sì che, in lui mirando,
 Senza contesa al fondo porta il lume.

Il poeta con più parole insiste sul descriverne la limpidezza per farci comprendere come potesse rimandare distinta l'immagine di Narciso.

Silvaeque. Gli alberi all'intorno davano al luogo un perpetuo orozzo. L'Ariosto (C. XXII) descrive un fonte molto simile a questo:

Giunse ad un rivo che pareva cristallo,
 Nelle cui sponde un bel pratel fioria

Hic puer, et studio venandi lassus, et æstu,
 Procubuit, faciemque loci, fontemque secutus;
 Dumque sitim sedare cupit, sitis altera crevit:
 Dumque hibit, visæ correptus imagine formæ,
 Rem sine corpore amat: corpus putat esse, quod umbra est.
 Adstupet ipse sibi, vultuque immolus eodem
 Hæret, ut e Pario formatum marmore signum.
 Spectat humi positus geminum, sua lumina, sidus,
 Et dignos Baccho, dignos et Apolline crines,
 Impubesque genas, et eburnea colla, decusque
 Oris, et in niveo mistum candore ruborem:
 Cunctaque miratur, quibus est mirabilis ipse.
 Se cupit imprudens; et qui probat, ipse probatur:
 Dumque petit, petitur; pariterque accendit, et ardet.
 Irrita fallaci quoties dedit oscula fonti!
 In mediis quoties visum captantia collum

Di nativo color vago e dipinto,
 E di molti e belli arbori distinto.
 Il meriggio facea grato l'orezzo.
 Al duro armento ed al pastore ignudo ecc.

Faciem . . . secutus. Allettato dall' ameno aspetto del luogo.
Sitis altera. Una sete di altra maniera: l'amore di sè stesso.
Rem sine corpore. Un' ombra senza corpo.
Adstupet. Rimane stupido nell' ammirar la sua bellezza.
Ute Pario. Come una statua di marmo Pario, cioè dell' isola di Paro nel mare Egeo ove era eccellente il marmo statuario. L'Ariosto (C. VIII.) di Angelica sullo scoglio dice:

. . . . Avria fatto incerto
 Chiunque avesse visto sua figura,
 S' ell' era donna sensitiva e vera,
 O sasso colorito in tal maniera.

Geminum . . . sidus. Gli occhi risplendenti a modo di stelle, sono grandissima parte della bellezza. Tutti i poeti chiamano *vive stelle*, *vivo sole* gli occhi delle loro donne: e si fece in ciò tanto abuso che un poeta satirico ebbe a dire:

Le metafore il sole han consumato.

Et dignos Baccho. Baeco e Apollo sono sempre fiorenti di eterna gioventù, e di bellissime chiome.

Impubes. Guancee senza barba,

A cui non anco la stagion novella
 Il bel mento spargea de' primi fiori.

(GERUS. C. IX.)

Eburnea. Petto e collo eburneo, di avorio, di latte, di neve sono frasi comunissime a tutti i poeti per significar la candidezza.

Decus . . . oris. Decoro, bellezza del volto.

Imprudens. Non sapendo che quella immagine è la sua.

Brachia mersit aquis, nec se deprehendit in illis!
 Quid videat, nescit; sed quod videt, uritur illo:
 Atque oculos idem, qui decipit, incitat error.
 Credule, quid frustra simulacra fugacia captas?
 Quod petis est nusquam: quod amas, avertere, perdes.
 Ista repercussæ, quam cernis, imaginis umbra est:
 Nil habet ista sui, tecum venitque, manetque:
 Tæcum discedet, si tu discedere possis.
 Non illum Cereris, non illum cura quietis,
 Abstrahere inde potest: sed opacæ fusus in herbâ
 Spectat inexpleto mendacem lumine formam;
 Perque oculos perit ipse suos, paulumque levatus
 Ad circumstantes tendens sua brachiâ silvas,
 Ecquis, iò silvæ, crudelius, inquit, amavit?
 Ecquem, cum vestræ tot agantur sæcula vitæ,
 Qui sic tabuerit, longo meministis in ævo?
 Et placet, et video; sed quod videoque placetque,
 Non tamen invenio: tantus tenet error amantem.
 Quodque magis doleam, nec nos mare separat ingens,
 Nec via, nec montes, nec clausis mœnia portis:
 Exiguâ prohibemur aquâ: cupit ipse teneri:
 Nam quoties liquidis porreximus oscula lymphis,
 Hic toties ad me resupino nititur ore.
 Quisquis es, huc exi: quid me, puer unice, fallis?
 Quove petitus abis? certe nec forma, nec ætas
 Est mea quam fugias, et amarunt me quoque nymphæ.

Oculos . . . incitat. Incita l'amore per mezzo degli occhi.
Quod amas, avertere. Allontanati e sparirà quello che ami.
Nil habet . . . sui. Non istà di per sè, non ha nulla di proprio.
Opacâ . . . herbâ. Erba ombrata dalla selva onde il lago è

Intornò intorno coronato e ciuto.
 (TASSO, Rinaldo C. XI.)

Inexpleto . . . lumine. Con occhi insaziabili.
Ecquem. E chi ricordate voi nella vostra lunga età che sia stato
 consueto da sì misero e crudele amore?

Unice. Unico al mondo per le doti del corpo e dell'animo.
Certe nec forma etc. Così anche il Berni (*Orl. innam. C. III.*)
 fa dire ad Angelica:

Che cosa è quella che ti fa fuggire?

Io ti prego per Dio, poni un po' mente
 Da chi tu fuggi, gentil cavaliere,
 Non merta l'età mia d'esser fuggita,
 Anzi quand'io fuggissi esser seguita.

Spem mihi nescio quam vultu promittis amico;
 Cumque ego porrexi tibi brachia, porrigis ultro:
 Cum risi, arrides: lacrymas quoque sæpe notavi,
 Me lacrymante, tuas; nutu quoque signa remittis:
 Et quantum motu formosi suspicor oris,
 Verba refers, aures non pervenientia nostras.
 In te ego sum, sensi; nec me mea fallit imago:
 Uror amore mei, flammæ moveoque, feroque.
 Quid faciam? roger, anne rogem? quid deinde rogabo?
 Quod cupio mecum est: inopem me copia fecit.
 O utinam a nostro secedere corpore possem!
 Votum in amante novum est; vellem quod amamus abesset.
 Jamque dolor vires adimit, nec tempora vitæ
 Longa meæ superant, primoque extinguior in ævo:
 Nec mihi mors gravis est posituro morte dolores:
 Hic, qui diligitur, vellem diuturnior esset:
 Nunc duo concordem animâ moriemur in unâ.

CAP. VIII.

Narciso è mutato in fiore.

Che divenne un bel fior senz'alcun frutto.
 (PETRARCA, Trionf. d'Am. C. II.)

Dixit, et ad faciem rediit male sanus eandem;

Vultu promittis etc.

Promettendomi pace nell'aspetto.

(PETRARCA)

In te ego sum. Finqui ha errato: ora si accorge del vero e dà
 in disperazione.

Inopem me copia fecit.

Povero sol per troppo averne copia.

(PETRARCA)

Questo e gli altri che seguono sono giuochi di parole a cui volentieri
 si abbandona l'ingegno di Ovidio: ma hanno poca naturalezza.
 È l'intelletto, non il cuore che parla: e nelle grandi passioni l'in-
 telletto tace sempre.

Superant. Rimangono.

Primo . . . ævo. Nella prima gioventù.

Diuturnior. Vorrei che avesse vita più lunga.

Duo . . . animâ . . . in unâ. Ma perchè due se Narciso avea
 già conosciuto il suo errore?

VIII Male sanus. Insano, folle: o perchè ritornava all'acqua
 che gli rinnovellava i dolori, o per l'amore di sè.

Et lacrymis turbavit aquas, obscuraque moto
 Reddita forma lacu est, quam cum vidisset abire,
 Quo refugis? remane; nec me, crudelis, amantem
 Desere, clamavit: liceat, quod tangere non est,
 Aspiceret, et misero præbere alimenta furori.
 Dumque dolet, summâ vestem deduxit ab orâ.
 Nudaque marmoreis percussit pectora palmis,
 Pectora traxerunt tenuem percussa ruborem,
 Non aliter, quam poma solent, quæ candida parte,
 Parte rubent: aut, ut variis solet uva racemis
 Ducere purpureum, nondum matura, colorem.
 Quæ simul aspexit liquefactâ rursus in undâ,
 Non tulit ulterius; sed, ut intabescere flavæ
 Igne levi ceræ, matutinæque pruinae
 Sole tepente solent; sic attenuatus amore
 Liquitur, et tecto paulatim carpitur igni.
 Et neque jam color est misto candore rubori;
 Nec vigor, et vires, et quæ modo visa placebant,
 Nec corpus remanet, quondam quod amaverat Echo:
 Quæ tamen ut vidit, quamvis irata, memorque
 Indoluit: quotiesque puer miserabilis, Eheu!
 Dixerat: hæc resonis iterabat vocibus, Eheu!
 Cumque suos manibus percusserat ille lacertos,
 Hæc quoque reddebat sonitum plangoris eundem.
 Ultima vox solitam fuit hæc spectantis in undam,
 Heu frustra dilecte puer! totidemque remisit

Obscuraque. Intorbidate le acque dalle lacrime, l'immagine che in esse si rifletteva rimase oscurata, e quasi svani.

Misero. Perchè fa misero chi n'è travagliato.

Vestem deduxit. Aprì la veste dall'estremità superiore.

Marmoreis. Bianche come il marmo.

Tenuem . . . ruborem. Il petto percosso si tinse leggermente di rosso.

Ducere purpureum. Inviare. Dante (*Purg. C. IV.*) dice:
 Quando l'uva imbruna.

Liquefactâ. Parola impropria; invece di *liquidâ*.

Non tulit ulterius. Non sopportò più a lungo il dolore.

Intabescere. Liquefarsi a poco a poco.

Attenuatus . . . liquitur. Estenuato si strugge.

Tecto . . . igni. Dall'occulto, interno fuoco.

Quæ tamen. La quale come lo vide se ne dolse, quantunque sdegnata con lui per la ricordanza di essere stata disprezzata. Era di un' indole singolare dalle altre donne, perchè in queste materie esse non perdonano mai.

Sonitum plangoris. Il rumore della percussione.

Verba locus, dictoque Vale, Vale inquit et Echo.
 Ille caput viridi fessum summisit in herbâ,
 Lumina mors clausit domini mirantia formam.
 Tum quoque se, postquam est infernâ sede receptus,
 In Stygiâ spectabat aquâ. Planxere sorores
 Najades, et sectos fratri imposuere capillos:
 Planxerunt Dryades: plangentibus assonat Echo.
 Jamque rogum, quassasque faces, feretrumque parabant:
 Nusquam corpus erat, croceum pro corpore florem
 Invenjunt, foliis medium cingentibus albis.

CAP. IX.

Bacco dispregiato da Penteo.

Con delicato culto adorno spiri
 Tutto odori e lascivie il crine e 'l manto.
 (GERUS. C. XVI.)

Cognita res meritam vati per Achaïdas urbes
 Attulerat famam, nomenque erat auguris ingens.
 Spernit Echionides tamen hunc ex omnibus unus,
 Contemptor Superum Pentheus, præsaque ridet
 Verba senis, tenebrasque et cladem lucis ademptæ.

Locus. Eco che era in quel luogo.

Summisit. Depose.

In Stygiâ. L'onda di Stige è torbida e limacciata: quindi non buona a specchiarsi.

Sorores Najades. Le Naiadi erano sorelle di Narciso perchè avevano a padre comune il Cefiso.

Sectos. Gli antichi nella morte de' loro cari strappavansi per segno di dolore i capelli e ne ponevano delle ciocche sul feretro. Anche Omero (*Iliad. XXIII* Trad. del Monti) lo ricorda:

. . . sul morto
 Venian gittando le recise chiome
 Di che tutto il coprian.

Dryades. Vedi Lib. I. Cap. VIII.

Quassas. Squassate, agitate perchè ardessero meglio.

Croceum pro corpore. Invece del corpo trovarono un fiore croceo nel mezzo, e cinto di foglie bianche. Questo fiore si chiama Narciso.

IX. *Cognita res.* Conosciuto il fatto, cioè il vaticinio di Tiresia avveratosi su Narciso.

Achaïdas. Di Acaia; di Grecia.

Echionides. Figlio di Echione e di Agave.

Cladem . . . obficit. Gli rinfaccia la cecità.

Objicit. Ille movens albertia tempora canis,
 Quam felix esses, si tu quoque luminis hujus
 Orbus, ait, fieres, nec Bacchica sacra videres!
 Namque dies aderit, quam non procul auguror esse,
 Quâ novus huc veniet, proles Semeleia, Liber.
 Quem nisi templorum fueris dignatus honore,
 Mille lacer spargere locis, et sanguine silvas
 Fœdabis, matremque tuam, matrisque sorores.
 Eveniet: neque enim dignabere numen honore;
 Meque sub his tenebris nimium vidisse quereris.
 Talia dicentem proturbat Echione natus.
 Dicta fides sequitur, responsaque vatis aguntur.
 Liber adest, festisque fremunt ululatibus agri:
 Turba ruit, mistæque viris matresque, nurusque,
 Vulgusque, proceresque ignota ad sacra feruntur.
 Quis furor, Anguigenæ, proles Mavortia, vestras
 Attonuit mentes? Pentheus ait: ærane tantum
 Ære repulsa valent? et adunco tibia cornu?

Albertia tempora canis. Le canute tempia.

Un vecchio bianco-per antico pelo.

(DANTE, Inf. C. III.)

Quam felix. Avventurato tu se fossi privo degli occhi che mancano a me.

Novus . . . Liber. Vi furono più Bacchi, e Cicerone ne conta cinque.

Proles Semeleia. Figlio di Semele.

Lacer spargere. Sarai lacerato e sparso.

Matris . . . sorores. Ino e Agave.

Proturbat. Lo impedisce di più parlare.

Dicta fides etc. L'evento acquista fede ai detti.

Responsaque . . . aguntur. Gli oracoli si compiono.

Liber adest. Bacco viene a Tebe.

Festisque fremunt. Nelle feste di Bacco dette Orgie, le Baccanti sacerdotesse di lui a guisa di furibonde andavano gridando: viva Bacco (*Evœ Bacche*, *Jo Jacche*) e alle grida univano lo strepito delle trombe e de' timpani.

Proceres. I notabili, i maggiorenti.

Ignota. Non mai vedute.

Anguigenæ. Con questo discorso Penteo si sforza di distogliere i Tebani dai sacrifici di Bacco, e perciò ricorda loro che nati dai denti del serpente (*anguigenæ*) sacro a Marte (*proles Mavortia*) non debbono aver che far nulla con uomini dediti al vino, alla mollezza, e alle delicatezze donuesche.

Attonuit. Sbalordì.

Ære. Cimbali. Erano concavi, e percossi gli uni contro gli altri mandavano un acuto tinnito.

Et magicæ fraudes? ut quos non bellieus ensis,
 Non tuba terruerit, non strictis agmina telis;
 Fœmineæ voces, et mota insania vino,
 Obscœnique greges, et inania tympana vincant?
 Vosne senes mirer? qui longa per æquora vecti
 Hac Tyron, ac profugos posuistis sede Penates;
 Nunc sinitis sine Marte capi? vosne, acrior ætas,
 O juvenes, propiorque meæ? quos arma tenere,
 Non thyrsos, galeæque tegi, non fronde, decebat?
 Este, precor, memores quâ sitis stirpe creati;
 Illiusque animos, qui multos perdidit unus,
 Sumite serpentis: pro fontibus ille, lacuque
 Interiit: at vos pro famâ vincite vestrâ.
 Ille dedit letho fortes: vos pellite molles,
 Et patrium retinete decus. Si fata vetabant
 Stare diu Thebas; utinam tormenta, virique
 Mœnia diruerent; ferrumque ignisque sonarent!
 Essemus miseri sine crimine, sorsque querenda,
 Non celanda foret; lacrimæque pudore carerent.
 At nunc a puero Thebæ capientur inermi;

Obscœni . . . greges. Moltitudine rotta a libidine.

Hac . . . sede. Qui in Tebe.

Tyron, etc. Poneste qui Tiro, cioè fabbricaste una nuova Tiro. Per affetto all'antica patria si dava il nome di quella alla nuova. *Ponere Penates* vale: porre stanza. I Penati erano gli Dei domestici e si portavano sempre nel luogo ove si andava ad abitare. Enea da Troia porta i Penati nel Lazio.

Sine Marte etc. Vi lasciate sottomettere senza guerra?

Acrior ætas. Età più vigorosa: giovani.

Thyrsos. Il tirso era un'asta cinta di edera e di pampani con cui le Baccanti percolavano la terra.

Non fronde etc. Armi ci vogliono, non frondi: alle vostre teste si addicono elmi non corone di edera ecc.

Este . . . memores etc. Dante (*Inf. C. XXVI.*) dice:

Considerate la vostra semenza.

Stirpe. Dai denti del forte serpente.

Pro fontibus. Peri coraggiosamente per difendere la sua abitazione. Modo simile all'altro, *pugnare pro aris et focis.*

Molles. Un'effeminata turba di sacerdoti.

Patrium . . . decus. Conservate la paterna gloria: non degenerare dal padre colla viltà.

Tormenta. Macchine da guerra.

Sorsque querenda. La nostra sorte sarebbe degna di compassione, non di vitupero. Chi cede a un nemico più forte merita compassione, ma non passa da vile.

Quem neque bella juvant, nec tela, nec usus equorum.
 Sed madidi mirrhâ crines, mollesque coronæ,
 Purpuraque, et pictis intextum vestibus aurum.
 Quem quidem ego actutum (modo vos absistite) cogam
 Assumptumque patrem, commentaque sacra fateri.
 An satis Acrisio est animi contemnere vanum
 Numen? et Argolicas venienti claudere portas?
 Penthea terrebit cum totis advena Thebis?
 Ite citi (famulis hoc imperat) ite, ducemque
 Attrahite huc vinctum; jussis mora segnis abesto.
 Hunc avus, hunc Athamas, hunc cœtera turba suorum
 Corripiunt dictis, frustra que inhibere laborant.
 Acrior admonitu est, irritaturque retenta
 Et crescit rabies, remoraminaque ipsa nocebant.
 Sic ego torrentem, quâ nil obstabat eunti,
 Lenius, et modico strepitu decurrere vidi:
 At, quacumque trabes obstructaque saxa tenebant,
 Spumeus, et fervens, et ab objice savior ibat.
 Ecce cruentati redeunt, et Bacchus ubi esset
 Quærenti domino, Bacchum vidisse negarunt:
 Hunc (dixere) tamen comitem, famulumque sacrorum

Quem neque. Che non si diletta nè di guerre, nè di armi, nè di cavalli, ma di acconciarsi le chiome, di ungersele di mirra, e di altre brutte mollezze.

Pictis. Di svariati colori: sereziate.

Modo vos absistite. Purchè voi lo abbandoniate.

Cogam absumptumque patrem. Lo constringerò a dire perchè vanti a padre Giove, e perchè abbia finto quei sacrifici.

An satis Acrisio. Con un esempio prova che Bacco può di leggieri respingersi. Acrisio re degli Argivi gli chiuse le porte in faccia nè volle ammetter le sue feste.

Advena. Forestiero, ignoto. Lo chiama così per disprezzo.

Avus. Cadmo.

Athamas. Atamante genero di Cadmo perchè aveva a moglie la sua figlia Ino.

Corripiunt dictis. Gli dicono villania.

Acrior. Più feroce, più iracundo.

Quâ nil. Dove nulla si opponeva al suo corso.

Obstructaque saxa. Gli opposti sassi.

Ab objice savior. Dagli ostacoli prendeva più violenza.

Cruentati. Feriti dai compagni di Bacco mentre tentavano di prender lui e le Baccanti.

Quærenti domino. Al re Penteo.

Comitem, famulumque. Gli mostrano Acete che traevan seco legato: era costui un cultore e seguace di Bacco: veniva di Toscana (Tyrrhenâ gente).

Cepimus, et tradunt, manibus post terga revinctis,
 Sacra Dei quondam Tirrhenâ gente secutum.

CAP. X.

Bacco preso dai marinari.

Aspicit hunc Pentheus ocalis, quos ira tremendos
 Fecerat, et quamquam pœnæ vix tempora differt,
 O periture, tuâque aliis documenta dature
 Morte, ait, ede tuum nomen, nomenque parentum,
 Et patriam, morisque novi cur sacra frequentes.
 Ille metu vacuus: Nomen mihi, dixit, Acœtes,
 Patria Mœonia est, humili de plebe parentes.
 Non mihi quæ duri colerent pater arva juvenci,
 Lanigerosque greges, non ulla armenta reliquit.
 Pauper et ipse fuit, linoque solebat, et hamis
 Decipere, et calamo salientes ducere pisces,
 Ars illi sua census erat: cum traderet artem,
 Accipe quas habeo, studii successor, et hæres,
 Dixit, opes; moriensque mihi nihil ille reliquit,
 Præter aquas: unum hoc possum appellare paternum.
 Mox ego, ne scopulis hærerem semper in isdem,
 Addidici regimen, destrâ moderante, carinæ

X. Hunc. Acete.

Documenta. Esempi.

Moris . . . novi. Del nuovo rito.

Frequentes. Celebri, adori.

Mœonia. La Meonia è una parte della Lidia nell'Asia minore d'onde venivano i Tirreni.

Linoque solebat etc. Era pescatore. Lino; rete fatta di lino.

Decipere. Ingannare. Così fallere aves visco.

Salientes. Guizzanti.

Ducere. Trar dell'acqua.

Ars illi . . . census. Non avea altra ricchezza che il suo mestiere.

Cum traderet artem. Insegnandomi l'arte.

Studii successor. Successore nell'arte mia.

Præter aquas. Non mi lasciò altro che l'acqua in cui potessi pescare.

Addidici regimen, etc. Imparai la nautica, il modo di guidare una nave. Al pilota è necessaria la cognizione delle stelle e dei porti. Acete imparò a conoscere la Capra Amaltea (sidus Oleniæ capellæ) la quale fu messa nel numero delle stelle per aver allattato Giove presso la città di Oleno in Acaia. Questa costellazione al suo na-

Flectere, et Oleniæ sidus pluviale cappellæ,
 Taygetenque Hyadasque oculis, Arctonque notavi,
 Venforumque domos, et portus puppibus aptos.
 Forte petens Delon, Chiæ telluris ad oras
 Applicor, et dextris adducor litora remis,
 Doque leves saltus udæque immittor arenæ,
 Nox ubi consumpta est. Aurora rubescere primum
 Cœperat: exurgo, laticesque inferre recentes
 Admoneo, monstroque viam, quæ ducit ad undas.
 Ipse, quid aura mihi tumulo promittat ab alto
 Prospicio, comitesque voco, repetoque carinam.
 Adsumus en, inquit sociorum primus Opheltis:
 Utque putat, prædam deserto nactus in agro,
 Virgineâ puerum ducit per littora formâ.
 Ille mero, somnoque gravis, titubare videtur,
 Vixque sequi: specto cultum, faciemque gradumque:
 Nil ibi, quod credi posset mortale, videbam.

scere e al suo tramontare porta tempo piovoso, e perciò è detta *sidus pluviale*.

Taygeten. Una delle Pleiadi. Vedi Lib. II. Cap. XIX.

Hyadas. Sono sette stelle che

..... In fronte al Toro
 Di tempesta e di gel ci fanno segno.
 (ALAMANNI, Coltiv. lib. IV.)

Arcton. L'Orsa, costellazione nel polo settentrionale.

Venorum . . . domos. Le parti donde spirano i venti.

Delon. Delo isola del mare Egeo.

Chiæ. Oggi *Scio*: isola nel mare Icaro.

Dextris . . . remis. Facendo forza di remi dalla destra parte.

Adducor litora. Lo stesso che *ducor ad litora*.

Do . . . saltus. Salto dalla nave sul lido.

Laticesque inferre. Avverto i compagni che mettano nella nave nuova acqua dolce.

Quid aura etc. Esploro da un'altura i venti.

Adsumus. Eccoci: siamo pronti.

Mero . . . gravis. Non avea ancora smaltita la crapula.

Titubare. Dicesi dei piedi e della lingua degli ebbri. Bacco faceva le viste di vacillare per non esser conosciuto per un Dio.

Vix . . . sequi. Seguire a stento Ofelte che lo traeva.

Specto cultum. Quando gli Dei prendevano forma umana avevano nell'incenso, nella voce e negli occhi qualche cosa che gli qualificava per non mortali. Il Petrarca parlando della sua donna come di una Dea, dice:

Non era l'andar suo cosa mortale
 Ma d'angelica forma, e le parole
 Sonavan altro che pur voce umana.

Et sensi, et dixi sociis: Quod numen in isto
 Corpore sit, dubito; sed corpore numen in isto est.
 Quisquis es, o faveas, nostrisque laboribus adsis:
 His quoque des veniam. Pro nobis mitte precari,
 Dictys ait; quo non alius conscendere summas
 Ocyor antennas, pressoque rudente relabi.
 Hoc Libys, hoc flavus proræ tutela Melanthus,
 Hoc probat Alcimedon; et qui requiemque modumque
 Voce dabat remis, animorum hortator Epopeus;
 Hoc omnes alii. Prædæ tam cæca cupido est.
 Non tamen hanc sacro violari pondere pinum
 Perpetiar, dixi: pars hic mihi maxima juris;
 Inque aditu obsisto. Furit audacissimus omni
 De numero Lycabas, qui Thuscâ pulsus ab urbe
 Exilium, dirâ pœnam pro cæde, luebat.
 Is mihi, dum resto, juvenili guttura pugno
 Rupit, et excussum misisset in æquora, si non
 Hæsisset, quamvis amens, in fune retentus.

Quisquis es. Modo simile a quello del Poliziano:

O qual che tu ti sia, vergin sovrana.

His. A questi miei compagni che ti condussero.

Dictys. Ai nomi dei marinari aggiunge un cenno sulle loro qualità e incombenze rispettive. Ditti è destro e veloce di membra nel salire sulle antenne, e nel ridiscenderne (*relabi*), calandosi giù per le funi (*rudente*): le antenne sono legni posti a traverso dell'albero maestro per sospenderci le vele.

Proræ tutela. Che vegliava a guardia della prora.

Et qui requiemque. Il comito, il quale ha cura di far cenno ai rematori d'incominciare l'opera: o come dice Dante (*Parad. C. XXV.*) fa posare al sonar d'un fischio

Gli remi pria nell'acqua ripercossi.

Hoc omnes alii. Cioè: tutti gli altri approvano doversi ritenere e legar Bacco.

Sacro violari. Si contamina la nave, perchè è cosa empia ritenere un Dio per forza.

Pars hic etc. La maggior parte di questa nave è mia.

In . . . aditu. Mi pongo sull'entrata per impedire che Bacco sia introdotto nella nave.

Pulsus . . . exilium . . . pro cæde. Era stato esiliato per un omicidio.

Dum resto, etc. Senso. Mentre mi oppongo, mi scagliò un pugno sì forte che mi avrebbe rotto il volto e gettato in mare, se, quantunque fuori di me (*amens*) non mi fossi ritenuto alla fune.

C A P. XI.

I *Marinari mutati in delfini.*

Impia turba probat factum. Tum denique Baccus
 (Bacchus enim fuerat) veluti clamore solutus
 Sit sopor, eque mero redeant in pectora sensus,
 Quid facitis? quis clamor? ait: quã, dicite, nautã,
 Huc ope perveni? quo me deferre paratis?
 Pone metum, Proreus, et quos contingere portus
 Ede velis, dixit; terrã sistere petita.
 Naxon, ait Liber, cursus advertite vestros.
 Illa mihi domus est: vobis erit hospita tellus.
 Per mare fallaces, perque omnia numina jurant
 Sic fore, meque jubent pictã dare vela carinã.
 Dextera Naxos erat; dextrã mihi lintea danti,
 Quid facis, o demens? quis te furor, inquit, Acetẽ,
 Pro se quisque, tenet? lævam pete, maximã nutu
 Pars mihi significat: pars, quid velit, aure susurrat.
 Obstupui; capiatque alius moderamina, dixi:
 Meque ministerio scelerisque artisque removi.
 Increpor a cunctis, totumque immurmurat agmen:
 E quibus Ethalion, te scilicet omnis in uno
 Nostra salus posita est, ait, et subit ipse, meumque
 Explet opus, Naxoque petit diversa relictã.
 Tum Deus illudens, tanquam modo denique fraudem
 Senserit, e puppi pontum prospectat aduncã;

- XI. *Probat.* Approva il pugno dato a me.
Veluti. Come svegliatosi alle mie grida, e ritornato in sè per avere smaltito il vino.
Terrã sistere petita. Sarai sbarcato sulla terra che vuoi.
Naxon. Isola del mare Egeo sacra a Bacco: oggi *Nascia.*
Advertite. Volgete.
Jurant sic fore. Giurano che lo condurranno a Nasso.
Pro se quisque. Senso. Quanto ciascuno più può dice: Qual furore ti occupa, o Acete?
Capiat . . . alius. Segga un altro al timone.
Te scilicet. Ironia colla quale Etalione significa che anche egli sapeva stare al governo della nave.
Et subit. Ed entra in luogo mio a far le mie veci.
Diversa. Altrove: in luoghi diversi da Nasso.
Tanquam modo. Comechè allora si fosse accorto della fraude.

Et flenti similis; Non hæc mihi litora, nautã,
 Promisistis, ait; non hæc mihi terra rogata est:
 Quo merui pœnam facto? quã gloria vestra est,
 Si puerum juvenes, si multi fallitis unum?
 Jamdudum flebam: læcrymas manus impia nostras
 Ridet, et impellit properantibus æquora remis.
 Per tibi nunc ipsum (neque enim præsentior illo
 Est Deus) adjuro, tam me tibi vera referre,
 Quam veri majora fide: stetit æquore puppis
 Haud aliter, quam si siccum navale teneret.
 Illi admirantes remorum in verbere perstant;
 Velaque deducunt, geminãque ope currere tentant.
 Impediunt hederã remos, nexuque recurvo
 Serpunt, et gravidis distinguunt vela corymbis.
 Ipse racemiferis frontem circumdatus uvis,
 Pampineis agitat velatam frondibus hastam:
 Quem circa tigres, simulacraque inania lyncum,
 Pictarumque jacent fera corpora pantherarum.
 Exsilire viri: sive hoc insania fecit,
 Sive timor: primusque Medon nigrescere pinnis
 Corpore depresso, et spinã curvamine flecti

Non hæc . . . terra. Non vi chiesi di esser condotto in queste parti.

Manus impia. L'empia schiera.

Per tibi nunc ipsum. Ora ti giuro per lo stesso Bacco, di cui non avvi Dio più propizio (*præsentior*), e protesto di narrarti cose tanto vere, quanto maggiori d'ogni credenza.

Stetit æquore. La nave rimase immobile nel mare non altrimenti che se fosse all'asciutto nell'arsenale. Quelli maravigliati insistono a far forza di remi, spiegano le vele, e con esse e con i remi (*geminã ope*) tentano di seguitare il loro viaggio. Ma le edere nate ad un tratto impediscono ai remi di muoversi, e co'piè distorti serpeggiano, e implicano le vele ai gravi corimbi. I corimbi sono le bacche dell'edera.

Velatam frondibus hastam. Il tirso.

Tigres, etc. Le tigri, le linci e le pantere significano le spaventose imagini e i fantasmi che si raggirano nell'animo e avanti agli occhi degli ebbri. Erano sacre a Bacco e si attaccavano al suo carro, perchè da lui vinte nell'India. Qui si presentano agli occhi de' marinari onde spaventati a quella vista si lancino in mare.

Insania. La demenza ispirata loro da Bacco.

Nigrescere. Perchè cominciava a trasformarsi in delfino; la cui pelle è nera.

Spinã curvamine. Cominciò a incurvare la spina dorsale. I delfini sono di corpo curvo.

Incepit: huic Lycabas, in quæ miracula, dixit,
 Verteris? et lati rictus, et panda loquenti
 Naris erat, squamamque cutis durata trahebat.
 At Libys, obstantes dum vult obvertere remos,
 In spatium resilire manus breve vidit, et illas
 Jam non esse manus, jam pinnas posse vocari.
 Alter ad intortos cupiens dare brachia funes,
 Brachia non habuit, truncoque repandus in undas
 Corpore desiluit, falcata novissima cauda est;
 Qualia dimidiæ sinuantur cornua lunæ.
 Undique dant saltus, multaque aspergine rorant,
 Emerguntque iterum, redeuntque sub æquora rursus;
 Inque chori ludunt speciem, lascivaque jactant
 Corpora, et acceptum patulis mare naribus efflant.
 De modo viginti (tot enim ratis illa ferebat)
 Restabam solus, pavidus, gelidusque trementi
 Corpore: vixque animum firmat Deus, Excute, dicens,
 Corde metum, Diamque tene. Delatus in illam,
 Accessi sacris, Baccheaque sacra frequento.

C A P. XII.

Penteo lacerato dalle Menadi.

Præbuimus longis, Pentheus, ambagibus aures,

In quæ miracula. In quale portentoso aspetto ti muti. Dante
 (*Inf. C. XXV.*) ha un modo simile:

... O mè Agnel come ti muti!

Lati rictus. Larga bocca.

Panda . . . naris. Naso curvo.

Cutis durata. La cute indurita si rivestiva di squamme.

Resilire. Ristringersi, accorciarsi.

Funes. Le gomene.

Trunco . . . corpore. Senza mani.

Falcata. Incurvata a modo di falce è l'estremità della coda.

Undique dant saltus. Qui sono descritti egregiamente i costumi dei delfini.

Chori. Moltitudine di gente che balla o canta.

Acceptum . . . mare. Soffiano, mandan fuori delle ampie nari l'onda bevuta.

De modo viginti. Di venti che non ha guari eravamo.

Vixque. A mala pena Bacco mi assicura il tremante animo.

Diam. Nasso.

Accessi sacris. Mi unii a quelli che celebrano le feste il Bacco.
 XII. *Præbuimus longis.* Ascoltammo assai le tue lunghe ciance

Inquit, ut ira morâ vires absumere posset.
 Præcipitem famuli rapite hunc, cruciataque duris
 Corpora tormentis Stygiæ demittite nocti.
 Protinus abstractus solidis Tyrrenus Acœtes
 Clauditur in tectis, et dum crudelia jussæ
 Instrumenta necis, ferrumque ignesque parantur,
 Sponte suâ patuisse fores, lapsasque lacertis
 Sponte suâ fama est, nullo solvente, catenas.
 Perstat Echionides: nec jam jubet ire, sed ipse
 Vadit, ubi electus facienda ad sacra Cithæron
 Cantibus, et clarâ bacchantum voce sonabat.
 Ut fremit acer equus, cum bellicus ære canoro
 Signa dedit tubicen, pugnæque assumit amorem:
 Penthea sic ictus longis ululatus æther
 Movit, et audito clamore recanduit ira.
 Monte fere medio est, cingentibus ultima silvis,
 Purus ab arboribus, spectabilis undique campus.
 Hic oculis illum cernentem sacra profanis
 Prima videt, prima est insano concita cursu.
 Prima suum misso violavit Penthea thyrsu

(*lunghe giri di parole*). Credesti che l'ira si potesse coll'indugio smorzare, ma errasti.

Præcipitem . . . rapite. Portatelo subito via a forza.

Solidis . . . tectis. In carcere ben fortificato.

Nullo solvente. Espressione inutile dopo *sponte suâ*.

Echionides. Penteo figlio di Echione.

Cithæron. Monte di Beozia su cui si celebravano le orgie

Purchè i Teban di Bacco avesser uopo.

(DANTE, Purg. C. XVIII.)

Ut fremit acer equus.

Qual feroce destrier, che al faticoso

Onor dell'arme vincitor sia tolto,

Se 'l desta o suon di tromba, o luminoso

Acciar, colà tosto annitrendo è volto,

Già già brama l'arringo, ecc.

(GERUS. C. XVI.)

Penthea. Invece di *Pentheum*: accusativo alla Greca.

Recanduit ira. Divampò lo sdegno.

Purus ab arboribus. Senz'alberi.

Ultima. Le estreme parti.

Spectabilis undique. Visibile da ogni parte.

Profanis. Non iniziati ai misteri, non sacri.

Mater: et, o geminæ, clamavit, adeste sorores:
 Illè aper, in nostris errat qui maximus agris,
 Ille mihi feriendus aper. Ruit omnis in unum
 Turba furens: cunctæ coeunt, cunctæque sequuntur
 Jam trepidum, jam verba minus violenta loquentem,
 Jam se damnantem; jam se peccasse fatentem.
 Saucius ille tamen, Fer opem, matertera, dixit,
 Autonoe: moveant animos Actæonis umbra.
 Illa, quis Actæon nescit; dextramque precantis
 Abstulit: Inoo lacerata est altera raptu.
 Non habet infelix, quæ matri brachia tendat,
 Trunca sed ostendens disiectis vulnera membris,
 Aspice mater, ait: visis ululavit Agave,
 Collaque jactavit, crinemque per aëra movit;
 Avulsumque caput digitis complexa cruentis,
 Clamat: Io comites, opus hæc victoria nostrum est.
 Non citius frondes autumnî frigore tactas,
 Jamque male hærentes, altâ rapit arbore ventus,
 Quam sunt membra viri manibus direpta nefandis.
 Talibus exemplis monitæ nova sacra frequentant,
 Thuraque dant, sanctasque colunt Ismenides aras.

Mater. Agave madre di Penteo e sacerdotessa di Bacco incita contro il figlio le sorelle Ino e Autonoe.

Ille aper. Penteo sembra un cinghiale alla madre invasata dal furore di Bacco: leggi la scena XI. delle Baccanti di Euripide ove questo strazio di Penteo è minutamente descritto.

Coeunt. Si stringono intorno a lui.

Actæonis umbra. Ti muova a pietà l'ombra del tuo figlio Atteone.

Inoo . . . raptu. Ino gli svelse l'altro braccio.

Disiectis . . . membris. Divulse le membra.

Non citius frondes. Dante, (*Inf. C. III.*) dice:


Come d'autunno si levan le foglie,
 L'una appresso dell'altra, infin che 'l ramo
 Rende alla terra tutte le sue spoglie.

Ismenides. Le matrone Tebane: così dette dall'Ismeno fiume della Beozia ove era Tebe.

OVIDIO

LE METAMORFOSI

LIBRO QUARTO



CAP. I.

Le Mineidi disprezzano le feste di Bacco. Semiramide mutata in colomba.

Ell'è Semiramis di cui si legge
 Che succedette a Nino e fu sua sposa,
 Tenne la terra che il Soldan corregge.
 (DANTE, *Inf. C. V.*)

At non Alcithoë Mineias orgia censet
 Accipienda Dei; sed adhuc temeraria Bacchum
 Progeniem negat esse Jovis; sociasque sorores
 Impietatis habet. Festum celebrare sacerdos
 Immunesque operum famulas, dominasque suorum,
 Pectora pelle tegi, crinales solvere vittas,

I. At non Alcithoë. Mentre tutte le altre donne di Tebe ammastrate dalla cruda fine di Penteo celebrano le feste di Bacco, Alcithoe figlia di Mineo è di altra sentenza, e non vuole venerare il Dio, nè aver per sacre le sue orgie, nè riconoscerlo per figlio di Giove.

Sociasque sorores. E anche le sorelle le sono compagne in questa empietà.

Pelle tegi. Le Baccanti nelle orgie si vestivano di pelli di dame e di cervi.

Crinales . . . vittas. Bende con cui si raccoglievano i capelli.